Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26503
Copyright: Admont, Benediktinerstift

121

ac diffusis per venas atque medullas. quod inde desudat in modum seminis concrescit
in renibus, eiectumque per coitum et in utero mulieris susceptum, calore quodam
viscerum et menstruali sanguinis irrigatione formatur
in corpore. Menstrua supervacuus mulierum sanguis. Dicta autem Menstrua
menstrua a circuitu lunaris luminis. quo solet hoc evenire profluvium.
Luna enim grece mene dicitur. Hec et muliebria nuncupantur. Nam mu
lier solum animal menstruale est. cuius cruoris contactu fruges non
germinant. acescunt musta. moriuntur herbe. amittunt ar
bores fructus. ferrum rubigo corripit. nigrescunt erameta. Si qui
canes inde ederint. in rabiem efferuntur. Glutinum asphalti quod nec ferro asphalti
nec aquis dissolvitur. cruore ipso pollutum sponte dispergitur. Post plurimos
autem dies menstruos ideo semen non est semen genabile quia iam non est menstrualis
sanguis a quo perfusus irrigetur. Tenue semen locis mulieribus non potest ad
herere. labitur enim nec habet vim adherendi. Simili modo et crassum non
gignendi quia muliebri sanguini
misceri se non potest propter nimiam sui spissitudinem. Hic et steriles mares vel femi
nas fieri dicunt. vel per nimiam seminis vel sanguinis crassitudinem. vel per ni
miam raritatem. Primum autem aiunt cor hominis fingi. quod in eo sit et vita omnis
et sapientia. deinde intra quadragesimo die totum corpus expleri. quod ex abortatio
nibus ut ferunt collectum est. Alii ferunt a capite sumere dicunt exordium. Unde et in
avibus et fetibus primum oculos fingi in ovis videmus. Fetus autem nominatur quod adhuc
in utero fovetur. Cuius secunde dicuntur folliculus qui simul cum infante nascitur conti
netque eum. dictus ita quod cum editur sequitur. Nasci autem patri similes aiunt si
paternum semen validius sit. matri si matris. hac ratione similes exprimi
vultus. Qui autem utriusque parentis figuram reddunt. equaliter mixto pat
no maternoque semine concipiuntur. Avorum proavorumque similes fieri quia
sicut in terra multa semina occultantur. sic et in nobis semina celantur figuras
parentum reddentia. Ex paterno autem semine, cuius pars maior cum inva
luerit. occupat similitudinem sexus. In corpore nostro quedam tantum utilita
tis causa facta sunt. ut viscera. quedam et utilitatis et decoris. ut sensus in fa
cie. et in corpore manus ac pedes. Quorum membrorum et utilitas magna

puellas nasci. et ex materno pueros. quia omnis partus constat duplici semine.